




DOMI NUS ILLU
MINA TIO MEA
Taylor Institution



CATALOGUS LIBRORUM

ISLANDICORUM ET NORVEGICORUM

ÆTATIS MEDIÆ

EDITORUM VERSORUM ILLUSTRATORUM

SKÁLDATAL

SIVE

POETARUM RECENSUS

EDDÆ UPSALIENSIS

THEODORUS MÖBIUS

CONCINNAVIT ET EDIDIT

LIPSIÆ

APUD W. ENGELMANNUM

MDCCCLVI



LECTORI S.

Catalogus librorum Norrœnorum, quo cognoscatur qui quas et quales editiones nacti sint, quum ut a me sic ab aliis, qui apud nos in his literis occupantur, desideraretur neque tamen aliunde nobis exspectandus videretur, non inutile me facturum esse opinatus sum, si quæ in meum usum adnotassem, elaborata et communi usui accommodata publici juris facerem. Rationem libelli et auxilia, quibus adjutus eum exstruxerim, his paucis percipe.

Ut incipiam a titulo titulorum huic seriei præfixo, libros islandicos et norvegicos ætatis mediæ eos dico, qui ab Islandis neque non a Norvegis in lingua quæ utrisque eadem erat norrœna inde a sæculo XII. medio usque ad finem sæculi XIV. compositi aut quam diu cunque antea recitati et narrati tunc demum literis mandati sunt et una cum lingua sua vulgo audiuntur vel antiquo-danici (*lingua danica, dönsk tunga* apud scriptores medii ævi) vel, quasi ceteri Scandinavi quam habuisse evinci nondum potuit partem in ea habeant, antiquo-septentrionales (*altnordisch* apud nostrates, *oldnordisk* apud Danos, *fornskandinavisk* apud Svecos) vel denique Norvegorum parte plane ignorata islandici. Horum igitur librorum quæcunque typis pressa prodierunt in hoc catalogo recenseri volui et ita volui, ut si quis liber aliunde notus in eo non reperiretur eum inde certo colligi posset impressum adhuc non esse.

Quod vero ut quam plenissime efficeretur, ea quoque recipienda esse duxi, quæ aliis libris inserta atque una cum his nec tamen separatim edita sub proprio titulo nota essent; membra historica (þættir) dico et carmina. Illa quidem tantum abest ut omnia receperim, quibus sive codicum scriptoribus sive editoribus proprium titulum præfigere placuit, ut ea pæne sola elegerim, quæ a Petro Erasmo Müllero in Saga-bibliotheca enarrata sunt; ita enim cavebatur ne quæ a Müllero ut suo tempore inedita ita significata erant etiamnunc ea esse quisquam crederet. Sed carmina, quibus si quod est nomen proprium hoc ab æqualibus nisi a poetis ipsis impositum est, saltem eorum nullum exclusum volui, quorum — quamquam id de plerisque omnibus dicendum est — nil nisi fragmenta ad nos pervenerunt; ea ipsa autem diversis locis dispersa carmine e quo desumpta sint sæpissime non nominato ita indicare ut quæ quo ordine cuique attribuenda essent cognosceretur, vix verendum est ne quis quod eruditissimorum est et artis scaldicæ peritissimorum a me primo id factum esse vel etiam fieri potuisse existimet; satis habui indicare, ubi carminis nomen reperiatur, nonnunquam tantummodo, si per aliquam auctoritatem liceret, paullulum ultra progrediens. His duobus si tertios addidi codices mss. item titulatos, nonnullos tantum eorum esse non nego, qui hunc sibi locum jure editionis vindicent; tamen etiamsi non prospiciendum fuisset ne opera et codices mss. tituli sæpe ejusdem vel similis confunderentur, haud scio an illis gratum fecerim, qui codices quosdam tam sæpe laudatos tantaque laude dignos aut pro virili parte descriptos aut ubi describerentur indicatos vellent.

Hanc vero his additamentis auctam librorum summam recensendi rationes quamquam plures se offerebant, tamen quæ consilio supra significato aptior fuisset nullam nisi eam inveni, qua libri titulis ad alphabeti ordinem digestis omnes una compescerentur serie. Qua semel constituta non est quod dicam nihil me antiquius habuisse quam ut tituli librorum non modo si qui

unius libri plures essent singuli suo loco afferrentur, sed etiam ut et recte scripti et ita comparati essent ut quo quis liber significetur tuto et facile inveniri posset. Scribendi rationem eam secutus sum, quæ et ad fidem librorum mss. antiquissimorum et ad linguæ leges exacta non tam diu est quod in libris edendis increbuit; duo sunt, in quibus ab editionibus Haunia emissis plerisque discedendum esse duxi, unum quod literæ i vel u ante ng positæ productionis signum non superscripsi, alterum quod o longum litera i affectum non per æ, sed per œ expressi itaque scripsi non Íslendíngar, sed Íslendingar, non konúngr sed konungr, non fræði, sed frœði (fróðr), non bræðr, sed brœðr (bróðir) etc. Tituli qui una voce continentur quum mutationem neque requirerent neque admitterent, eos qui pluribus compositi sunt eo minus ita ut ratio catalogi ferebat immutare dubitavi, quo diligentius prospexi ut quæ qualiscunque editionibus præfixa esset titulorum forma prorsus eadem in earum descriptione redderetur. Versionem latinam, quæ adjicienda esse videbatur illis, opinor, non plane inutilis, qui ágrip Agripium quendam esse nuper decernerent, aut inventam recepi aut novam posui ad id maxime intentus ut quæ nomina non essent propria si non litera initiali minuta tamen versione satis discernerentur. Qua in opera quamquam satis magnam partem doctrina uti licuit præclarissimi illius viri, quo nullum novi hac utriusque linguæ scientia peritiorem, Sveinbjörnis Egilsonii, tamen multo plura relicta fuerunt in quibus quid ego ipse valerem periclitandum esset; alia quæ latina voce minus apte reddita videbantur verbis ex libro ipso petitis explicare studui, alia quamquam duo tantummodo vel tria desperavi.

Libris jam vero hocce modo indicatis ut jure suo indicari appareret suum cuique editionum syllabum subjeci, versionibus et commentariis non neglectis. Editionibus etiam iis qui librum exhiberent integrum excerptorum indicem — ne brevissimis quidem prætermissis — me addidisse, ii quidem non reprehendent

qui ut has unas afferam in Antiquitatibus Grœnlandicis lacinias sæpe minimas mecum invenerint non modo proœmiis commentariisque illustratas doctissimis sed etiam librorum mss. notitia instructas hic aut primum aut denuo in usum vocatorum eorumque diligentius quam alibi factum erat et excussorum et descriptorum. In hanc quidem partem scilicet eam, qua accuratissime examinata ut linguæ sic librorum historiæque literarum cognitio quæque subtilior non minimam partem stabilitur et inde quem sibi fructum capiat cum alii tum Carolus Ungerus illustrissimo exemplo nuper demonstravit — in hanc partem quod hoc loco inquiratur vix inveniri poterit qui exspectet: tamen ut hoc quoque opusculum ne plane *ἀσυμβόλως* abiret, indicavi quando id facile et sine obscuritatis periculo fieri potuit codices mss., quibus ut fundamento suo editiones singulæ superstructæ essent, chartaceis asterisco notatis, et inserui quod Hauniæ olim de codice Eddæ Sæmundinæ regio mihi adnotaveram. Editionum igitur quum nullam qualemcunque prætermissam vellem præ ceteris cautus ne quæ princeps me effugeret, in versionibus et commentariis eodem deligendi jure usus sum atque in Prodromo catalogi quo præter opera in Catalogo excerpta et passim laudata ea quoque recenseri non e re videbatur, quæ ad librorum Norrœnorum cognitionem et æstimationem viam aperiant: quamquam in utraque parte nunc video prætermissis prætermittenda multo plura esse. Pœniteret, nisi graviorum pœnitendum esset ut quod indiculum istum adjeci systematicum, nimis tenuem et commentariis non additis vix perspicuum.

Universæ hujus librariæ suppellectilis quod permulta antea mihi incognita in meam notitiam venerunt, perpauca tamen sunt quæ non aut ipse viderim aut ita descripta habuerim, ut nihil desiderari videretur, diligentiæ et humanitati virorum debeo quorundam cum de his literis tum de me meoque libello meritissimorum. Nam ne dicam de Warmholtzii, Johannæi, Nyerupii, Erslewii thesauris, de copiis bibliographicis quæ in operibus a

Societate regia Antiquariorum Septentrionalium editis accumulatæ sunt, de Werlaufii commentationibus judicii subtilitatem, qua splendent, doctrina æquiparantibus accuratissima et amplissima — notissima hæc sunt et uni cuique patent — ex illis qui hoc opusculum singulari sua humanitate dignum esse voluerint, primo loco Carolus Christianus Rafn et Gustavus Eduardus Klemming mihi nominandi sunt. Ille cum in aliis tum in hac mei libelli parte consilio suo et auxilio ita me adjuvit, ut si quæ in eo utilitas esse videatur, non mihi sed præ ceteris viro illi clarissimo attribuere velis. Klemming autem vix de meis inceptis certior factus editionum illarum Svecicarum sæc. XVII. et XVIII. titulos misit tam copiose, tam diligenter, tam exacte descriptos vel dicam depictos, ut adnotationum quidem, quas vir in his rebus eruditissimus hic illic adscripserat, nulla omissa, tamen doleam quod quin illos integros redderem præ catalogi ratione impeditus fuerim. Præter hos quid Jón Sigurdsson, quid Christianus Lange et ipse et eo intercedente Rudolphus Keyser, quid Conradus Maurer, quid alii mihi præstiterint et quantopere eruditionis suæ copiis me sublevaverint, nisi si in libro ipso indicatum fuerit, hoc loco gratissima officiorum prædicetur memoria.

Alteram hujus libelli partem qui constituit Recensus poetarum veterum Septentrionalium, sub nomine Skáldatal satis notus, quod hic aliquantum correctior prodeat, voluntati officiosæ et comitati Caroli Chr. Rafn v. cl. debetur. Hoc enim intercedente exemplar meum e codice Upsaliensi Hauniæ his duobus annis ante transscriptum ad fidem hujus codicis, cujus plenus usus ibidem adhuc concedebatur, tanta accuratione eaque rei cognitione exactum est, ut si quid in mea editione minus recte legatur ei, qui codicem conferebat, vix attribuas. Quamquam ego quidem feci quod potui membranæ vestigia et in nominum ordine et in scribendi ratione ita presse quam maxime secutus, ut nihil mutarem nisi quod nomina propria litera initiali majore

distinguerem et compendia scripturæ dissolverem, haud paullum in hac opera adjutus Eddæ Upsaliensis editione Arna–Magnæana.

Auxiliis vero ego destitutus optimis illis et amplissimis, quorum præsidio stipati seviri Arna–Magnæani Recensum hunc aliquando edent illustratum et explicatum, ne proferam, quæ tum retractanda erunt et mutanda, tantum hic adnotasse sufficiat, quantum et hæc ipsa editio efflagitare videretur.

In codice ms. biblioth. acad. Upsal. satis illo celebri, in Cat. p. 72 indicato, quo Edda Snorriana continetur in operis hujus editione AMagn. Tom. II, p. 250—396 ad literas inde expressa, eo loco quo quæ antea leguntur (l. c. p. 301) excipere debebat Eilífs Þórsdrápa, quæ quidem ipsa in cod. Upsal. desideratur, contextus orationis foliis quatuor sive p. 43—50 interrumpitur, in quibus tria eaque omnia ab eadem codicis manu exarata leguntur hæcce: Recensus poetarum veterum Septentrionalium, genealogia Sturlidarum, recensus nomophylacum Islandorum. Genealogiam illam usque ad Sturlium Hvammensem, mortuum a. 1183, deductam et nomophylaces (lögsögumenn), quorum ultimus indicatur Snorri Sturluson ('lögsögumaðr í annat sinn' i. e. a. 1226—1235 cf. Íslend. sög. I [1843], p. 339), hic non curamus; utrumque impressum reperitur in epistola quam Joh. Ihre de Edda Upsaliensi ad Sv. Lagerbring misit a. 1772 (vid: Cat. p. 72—73).

Recensus jam vero ille poetarum duo folia et tertii paginam adversam sive p. 43—47 implet et ita exaratus est, ut pagina quaque in trinas columnas divisa poetæ in his ipsis eo ordine quo infra videbis recenseantur, iis quæ statim sub initio de Starkathero, Regnere, Aslauga præmittuntur transversa pagina scriptis atque regibus dynastisque ad latus quamquam ita positis, ut eorum nomina non horizontaliter sed perpendiculariter legantur. Inscriptio nulla est.

Recensendi rationem consiliumve quod auctor secutus sit ex illis regibus dynastisque adpositis facile cognoscas. Nam

quum primos eorum Svecicos, tum Norvegicos, deinde Danicos — tamen ut reges et dynastæ singularum harum nationum separentur — denique præmissis Anglorum Athalstano et Athalrado nobiles nisi fallor plerosque Norvegicos et hos omnes ad ætatis suæ ordinem dispositos enumeraret, quadripartitam esse seriem eum voluisse vides — quodam modo notulis de Erpo, Thiodolvo, Eyvindo, Ulvo præfixis ab illo ipso significatam — cujus singulis partibus poetæ qui quo regnante floruerint et quem carminibus suis celebraverint recenserentur. Quamquam hoc, si regnantium series et poetarum inter se contendantur, ita fecisse eum apparet, ut non poetæ fuerint qui recensum regerent sed reges ipsi, dynastæ, nobiles et ob hanc ipsam causam recensus qui a celebrantibus appellatur, haud scio an rectius a celebratis appellandus sit. Hoc autem si tenes, non miraberis non modo qui factum sit ut poetæ nonnulli plus semel ut qui plures celebraverint laudentur, sed etiam ut haud sane pauci, quorum auctoritate ut classicorum (höfuðskálda) Snorrius in Skalda utitur vel quos inter primarios fuisse aliunde scimus, hic prætermitterentur ut qui carmina in laudem alicujus regis dynastæve non panxissent. Indidem hoc quoque explicueris, quod p. 45[c] dynastas sex, poetam nullum indicatum vides; nam quid aliud quam quod auctor cum recensum suum instituebat primum regum dynastarumque nomina sibi notaverit, spatio vacuo relicto, quo postea demum si quos illorum encomiastas invenisset adscriberet? Quod ita esse magis perspicuum esset, si qui nunc scribæ alicujus *ἀπόγραφον* tantummodo habemus, auctoris ipsius haberemus *αὐτόγραφον*. Qui quidem quamquam in opera sua non adeo diligens erat, ut eundem poetam diversis locis eodem designaret nomine eaque via qui hic Eyvindr skáldaspillir, illic Eyvindr Finns son nominaretur et qui una columna et Hofgarða-Refr et Refr skáld, alia prodiret Refr Gests son ita ut etiam Sumarliði skáld et Sumarliði Þorbjarnarson, Einarr skáld et Einarr Skúlason fortasse iidem habendi sint: — tamen hujus ipsius auctoris esse

putemus, quod ne dicam de nominibus nonnullis vitiosis, p. 44[c] reges omissi sunt et p. 45[b] Ynglingatal legitur pro Háleygjatal? Ille quidem quis fuerit, nescire licebit; quamquam quod composuit per ultimum vel penultimum sæculi XIII. decennium ortum esse inde intelligitur, quod qui principum omnium novissimus indicatur — neque vero manum sæculi XV. hic curamus — Eiríkr Magnússon regnare incepit a. 1281 et codex Upsaliensis, id quod a gravissimo in his rebus auctore affirmatur Johanne Sigurdsson (vid: Íslend. sög. II [1847], p. xx) circa a. 1300 scriptus est. Joh. Peringsköld quum quem primus a. 1697 ederet ita inscriberet: '*Skaldatal eller Förtekning på de förnämste Skaldrer eller Historiske Poeter, som i Swerige, Danmark och Norige hafwa beskrifwit Konungarnas och Regenternas bedrifter; Af Sturleson i dess* Edda Ms. p. 43 *indförde*', quamvis de consilio Recensus recte cogitaverit, vix tamen audiatur si a Snorrio, mortuo a. 1241, Recensum (in quo ille ipse quater laudatur) Eddæ suæ insertum esse contendit, quippe quam inter et illum, si recte video, eadem intercedat ratio quæ inter Eddam, sc. Skaldam et Genealogiam Sturlidarum Recensumque nomophylacum id est prorsus nulla.

Quamquam si de auctore non item de auctoritate quid judices denegatum esse videtur. Nam quum sane multi poetæ in eo recenseantur, qui quando vixerint quemve celebraverint aliunde scimus haud raro non alia quidem sed multo pleniora de eorum vita et poesi docti, tamen haud pauci sunt quos quo nomine fuisse, quando vixisse, quem celebrasse aliunde nobis traditum non sit nisi ex hoc ipso Recensu poetarum. Atqui si eum vera nobis et recta tradere invenimus in ea parte, quæ ad testimonia fide digna exigi potest, ego quidem nullam causam video cur illis quæ Recensui soli debentur, fides deroganda sit. His ipsis vero poetis nonnisi ex hoc Recensu cognitis et cognoscendis accedit quod ille ut studii specimen ab Islandis in poetarum notitia positi pro unico sui generis habendus esse videtur: nam qui

laudantur ab Carolo Chr. Rafn, Krákumál p. 71, codex Arna-Magn. 761. 4° et in Íslend. sög. II (1847), p. 189 'codex academicus primus', nisi uterque — si tamen duo sunt — ab aliquo grammatico sæc. XVII. vel XVIII. profectus est, num aliud erunt nisi apographa Recensus Upsaliensis?

Indices quos Recensui adjicere par erat unum poetarum alterum regum ita institui, ut non modo quæ supra de illius consilio et auctoritate breviter et in universum disputavi quibus argumentis nitantur inde cognosci posset, sed etiam ex utroque, uno scriptoribus aucto Islandicis et Norvegicis, altero regibus medii ævi Scandinavicis ceteris, aliquanto latior pateret usus. Priori vero tantum abest ut omnes inseruerim, quorum stropha aliqua ætatem tulit, ut elegerim qui in Edda Snorriana et in Heimskringla laudantur omnes et ex ceteris libris — ne facultatem illam, qua veteres gaudebant, versus ex improviso fundendi negare neque ego poetas coronare velle viderer — eos, quos 'poetas' (skáld) fuisse vel carmen aliquod artificiosius panxisse expressis verbis relatum sit. Scriptorum autem copiolas censu aliquo instituto imminuere non adduci poteram, qui quasi scripta tot illa ἀδέσποτα ita possent ex aliqua parte compensari, corraserim quoscunque fuisse et scripsisse inveni; monachum Nidarosiensem in eodem indice, in quem Gunnlaugus et Oddus recepti sint, scito te non ægrius, quam me ipsum desiderare. Utrorumque poetarum atque scriptorum quum nullum sine aliqua auctoritate prodire vellem, eas quæ gravioris esse momenti viderentur distinctius indicavi, ceteras librorum titulis nude adpositis eorum, quorum indices quem mihi eundem tibi præbeant usum. In utroque indice elaborando quamvis auxiliorum penuria pressus tamen non possum quin animo commemorem gratissimo, quantam mihi utilitatem adtulerint et Munchii Historia Norvegica, horreum illud eruditionis Norrœnæ uberrimum, et commentationes optimæ frugis plenæ, quas Sigurdsson, Þorkelsson, Vigfússon operi Safn inscripto inseruerunt.

Hic tandem aliquando pauca illa, quæ ab initio promiseram, finire possem, nisi si forte tu verba me facere velis etiam de indice virorum doctorum, quorum alios vita donavi nimis opinor longa, alios ipsa patria privavi, utrumque crede maxime invitus: — sed unum restat officium profecto suavissimum, ut omni quam meretur laude Pollium meum prædicem studiosum philologiæ Lipsiensem, qui animo promptissimo et omni hujus negotii qua pollet sollertia operi typothetæ mecum recognoscendo eam impenderet operam, nihil ut relictum esse vellet. Nimirum nos ambo boni homines credebamus fieri posse, ut liber quamvis ejusmodi, tamen unitis viribus et diligentia adhibita non communi tandem e prelo evaderet ab omni parte purus. minus recte nos credidisse tabula nigra docebit, quam ne aliquid operi deesset rite et solempniter claudendo, sub calcem adjecimus.

At tu, qui benevolus esse dicaris, inceptis his meis indulge et utere mecum dum emendatiora et pleniora nobis í Suðrlöndum suppeditare qui possunt, etiam — non noluerint.

CONSPECTUS

PRODROMUS CATALOGI

AUXILIA BIBLIOGRAPHICA

APPARATUS HISTORICO-LITERARIUS

EPHEMERIDES SELECTÆ

CATALOGI LIBRORUM MANUSCRIPTORUM

OPERA COLLECTA ET MISCELLANEA

COMMENTARII GENERALES

COMMENTARII DE POESI ET POETIS

COMMENTARII DE HISTORIOGRAPHIA ET HISTORICIS

COMMENTARII DE LEGIBUS

APPENDIX:

RUNOLOGICA SELECTA

GRAMMATICA ET LEXICA

COLLECTIONES

COLLECTIONES GENERALES

COLLECTIONES CARMINUM

COLLECTIONES HISTORIARUM

COLLECTIONES DIPLOMATUM ET LEGUM

CATALOGUS LIBRORUM

INDEX SYSTEMATICUS

SKÁLDATAL

INDEX POETARUM ET SCRIPTORUM

TABULA REGUM

INDEX EDITORUM INTERPRETUM ETC.

EMENDANDA ET CORRIGENDA

PRODROMUS CATALOGI

AUXILIA BIBLIOGRAPHICA

Warmholtz, C. G. Bibliotheca historica Sueo-Gothica. XV Partes (nr. 1—9744). Stockh. et Upsala 1782—1817. 8°
vid. præsertim: part. III. (nr. 1229—1631) 1787, part. V. (nr. 2446—2962) 1790 *et* part. XV. (nr. 8907—9744) 1817.

Nyerup, R. Chronologie der Ausgaben aller Nordischen Sagen u. Gedichte nebst ihren Übersetzungen, mit Einleit. von F. D. Gräter. 1792.
cont: Bragur. Bd. II. p. 345—379.

Müller, P. E. Conspectus criticus librorum islandicorum impressorum ad antiquam litteraturam pertinentium. 1814.
cont: Lexicon Island-Lat -Dan. Bj. Haldorsonii. Vol. I. p. xvi—xxxiv.

Grimm, W. Die altnordische Literatur in der gegenwärtigen Periode. 1820.
cont: Hermes od. krit. Jahrbb. d. Lit. 1820. (1. Stück) p. 1—53.

Notitia librorum ʻsumptibus legati Arna-Magnæaniʼ *editorum reperitur in:*

Sjöborg, N. H. (resp. P. Pontén.) Diss. legatum Arna-Magnæanum historiæ Septentrionalis causa factum, leviter adumbratura. Lundæ 1802. 15 pp. 4°

Olafsen, J. — E. Chr. Werlauff. Biographiske Efterretninger om Arne Magnussen ved J. Olafsen fra Grunnavik. Med Indledning, Anmærkninger og Tillæg af E. Chr. Werlauff. 1836.
cont: Nord. Tidsskr. for Oldkynd. Bd. III. p. 1—166.

Beretning om den Arna-Magnæanske Commission i Aarene 1838—1847 samt 1848, i Aarene 1849, 1850 og 1851.
vid: Antiqu. Tidsskr. 1846—48 p. 87—135, 195—196 *et* 1849—51 p. 6—13, 101—106, 217—218.

Legatum Arna-Magnæanum *est quod* Arne Magnussen *Islandus, Antiquitatum Septentrionalium in universitate Hauniensi professor mortuus a.* 1730, *huic scripsit universitati, hæredem eam instituens et bibliothecæ suæ et amplæ pecuniæ, qua illius codices manuscripti ederentur. Legatum AM. regia auctoritate a.* 1760 *confirmatum est; administrando ei collegium sevirorum* (den Arna-Magnæanske Commission) *a.* 1772 *constitutum est.*

Notitia librorum, quos edidit 'Societas Regia Antiquariorum Septentrionalium', *reperitur in:*

Hermod, det nordiske Oldskrift-Selskabs Tidende. (*Edidit* **R. Kr. Rask.**) Nr. 1—8, med Tillæg. Januar 1825 — October 1826. Kjöbenh. 136 pp. 8°

Aarsberetninger, udgivne af det Kongel. Nord. Oldskrift-Selskab 1825—33, 1834—42. 8°

Eædem annuæ relationes in germanica et gallica lingua, nonnullæ etiam in anglica edebantur. Excepit eas:

Antiquarisk Tidsskrift, udgivet af det Kongel. Nord. Oldskrift-Selskab. 1843—51. Kjöbenh. 1845—52. III *Tomi.* 8°

1843—45 (1845): 192 pp. c. VI tabb. 1846—48 (1847): 308 pp. c. IV tabb. 1849—51 (1852): 348 pp. c. III tabb.

Übersicht des Arbeitsplans und der Arbeiten der Gesellschaft. 1837.

cont: Leitfaden zur Nord. Alterthumskunde (1837) p. 94—108, *et* Guide to North. Archæology (1848) p. 105—128, *vid. infra* p. 11.

De hac ipsa societate (Det Kongelige Nordiske Oldskrift-Selskab. — Hið Konungliga Norræna Fornfræða Fèlag) *constituta* a. 1825 *auctore* Carolo Chr. Rafn, a. 1828 *nomine* 'regiæ' *ornata, præter libros modo recensitos consulas*:

Samþyktir hins norræna fornfræða-fèlags. Vedtægter for det nordiske Oldskrift-Selskab. *(Islandice et danice.)* Köbenh. 1825. 17 pp. 8°

Giesebrecht, L. Über d. Königl. Gesellschaft für Nordische Alterthumskunde zu Kopenhagen. (Aus den Pommerschen Provinzialblättern v. J. 1827 besond. abgedruckt.) Stettin 1828. 19 pp. 8°

Munch, P. A. Bemærkninger ved det i Danmark stiftede kongel. nord. Oldskriftselskab med Hensyn til gammel nordisk Literatur og Historiographie. 1845.

cont: Literaturtidende. 1845—46. Christiania 1846 p. 1—64.

BIO-BIBLIOGRAPHICA

Worm, J. Forsög til et Lexicon over danske, norske og islandske lærde Mænd. III Dele. Helsingöer et Kjöbenh. 1771—84. 8°

I. (A—L) 1771: (XXVIII) 647 pp. II. (M—Z) 1773: 654 pp. III. *(Supplem.)* 1784: 1018, (4) pp.

Nyerup, R. og **J. E. Kraft.** Almindeligt Litteraturlexicon for Danmark, Norge, og Island; eller Fortegnelse over danske, norske, og islandske, saavel afdöde som nu levende Forfattere, med Anförelse af deres vigtigste Levnets-Omstændigheder og Liste over deres Skrifter. (*Etiam sub tit.*: Dansk-norsk Litteraturlexicon. 1. (A—L), 2. (M—Ö) Halvdel. Kjöbenh. 1818—19.) Kjöbenh. 1820. VIII, 692 pp. 4°

Erslew, Th. H. Almindeligt Forfatter-Lexicon for Kongeriget Danmark med tilhörende Bilande fra 1814 til 1840. 3 Bdd. Kjöbenh. 1843—53. 8°. Bd. I. (A—J) 1843: 820 pp. II. (K—R) 1847: 746 pp. III. (S—Ö) 1853: 702 pp.

Nyerup, R. Lüxdorphiana, eller Bidrag til den danske Literairhistorie, uddragne af Bolle Willum Lüxdorphs efterladte Samlinger. (2 Dele.) Kjöbenh. 1791. 516 pp. c. regist. 8°

————— Langebekiana, eller Bidrag til d. danske Lit.-Hist., uddragne af J. Langebeks efterladte Papirer. Kjöbenh. 1794. 8°

————— Suhmiana, indeholdende Eftersamling af P. Fr. Suhms Smaaskrifter. Kjöbenh. 1799. 464 pp. 8°

Johannæus, F. Historia ecclesiastica Islandiæ. Ex historiis, annalibus, legibus ecclesiasticis, aliisque rerum Septentrionalium monumentis congesta, et constitutionibus regum, bullis pontificum Romanorum, statutis conciliorum, nationalium et synodorum provincialium, nec non archiepiscoporum epistolis, edictis et decretis magistratuum, multisque privatorum litteris et instrumentis maximam partem hactenus ineditis, illustrata. IV Tomi. Havniæ 1772—78. 4°

Tom. I. (ab a. 874 ad a. 1400) 1772: (VIII), 598 pp. II. (ab a. 1400 ad a. 1550) 1774: (VIII), 754 pp. III. (ab a. 1550 ad a. 1740) 1775: 750 pp. IV. (Præfatio generalis (XXVIII) pp. — Historia monastica Islandiæ p. 1—124. — Addenda et Emendanda (*inter quæ*: De libris pœnitentialibus Islandicis, adjuncto libro pœnit. Thorlaci Sancti p. 145—160) p. 125—263. — Recensus parochor. diœces. Scalholtens. post reformat. p. 265—321. — Vita Jonæ Sigmundini p. 322—344. — Vita Biörni Godvinidæ p. 344—357. — Append. I. de anno legis, qua duella judiciaria apud Islandos abrogata sunt et chronologia vitæ Gunnlaugi Ormstungæ p. 358—368. Append. II. De lingua Septentr. p. 369. Append. III. Supplem. ad vitam Biörni Godvin. p. 370. — Indices: I. periodor. section. et capitum s: conspectus totius operis. II. chronologicus, diplomatum in eo obviorum. III. s: chronologicus alter, rerum maxime memorabilium in eo occurrentium. IV. alphabet. rerum, personar. et alior. nomin. proprior. V. s: alphab. alter vocum, maxime Islandicarum, quæ data opera explicantur p. 371—456). 1778: (XXVIII), 456 pp.

Pétursson, P. Historia ecclesiastica Islandiæ, ab a. 1740 ad a. 1840. Havniæ 1841. (VIII), 507 pp. 4°

Erichsen, J. Thormod Torfesens Levnetsbeskrivelse. (*Absolvit et edidit* R. Nyerup.) Kjöbenh. 1788. 8°

Olafsen, J. — E. Chr. Werlauff. Biographiske Efterretninger om Arne Magnussen.

vid. supra p. 3.

Paulsen, Sv. Æfisaga Jóns Eyríkssonar ... Samantekin af Handlæknir Sveini Pálssyni eptir tilhlutan Amtmanns Bjarna Thorsteinsonar ... útgefin á kostnað ens íslenzka Bókmentafèlags. Kaupmannahöfn 1828. (IV), 187 pp. c. effigie J. E. et c. I tab. facs. 8°

B. Thorsteinson *ad librum a se emendatum et auctum præfationem* (p. 1—12) *scripsit.*

Gezelius, G. Försök til et biographiskt lexicon öfver namnkunnige och lärde Svenske män. IV *Partes.* Stockh., Upsala och Abo 1778—82. 8°

I. (A—H) 1778: (XXII), 452 pp. II. (I—R) 1779: (X), 486 pp. III. (S—Ö) 1780: (XII), 447, (4) pp. IV. (eller Suppement. A—Ö) 1782: (VIII), 616, (8) pp.

Biographiskt Lexicon, öfver namnkunnige Svenska Män. Bd. I—XX, Upsala 1835—52. Bd. XXI, Örebro 1855. 8°

I. (A) 1835. II. (B—Brag) 1836. III. (Brahe—C) 1837. IV. (D—Fl) 1838. V. (Fo—Gör.) 1839. VI. (Ha—Järta) 1840. VII. (K—Lej.) 1841. VIII. (Lej.—Lilj.) 1842. IX. (M—Nol) 1843. X. (Norb—O) 1844. XI. (P. Q.) 1845. XII. (Ra—Rudb.) 1846. XIII (Rud.—Scheff.) 1847. XIV. (Scheff.—Skj.) 1847. XV. (Sko.—Stjerngr.) 1848. XVI. (Stjernhj.—Su.) 1849. XVII. (Ta.—Tr.) 1849. XVIII. (Tr.—Tu.) 1850. XIX. (U—Wallm.) 1852. XX. (Wallqu.—Wing.) 1852. XXI. (Winstr.—Wäm. *et* U) 1855.

Opus adhuc imperfectum V. Fr. Palmblad (✝ 1852) *instituit.*

APPARATUS HISTORICO-LITERARIUS

EPHEMERIDES SELECTÆ

Bragur. Ein litterarisches Magazin der Deutschen und Nordischen Vorzeit. Herausgegeben von Böckh, [Hässlein] und **Gräter.** 8 Bde. Leipzig u. (Bd. 8) Breslau 1791—1812. c. tabb. 8°

I, 1791. II, 1792. III, 1794. IV, 1. 2., 1796. V, 1. 2., 1797., VI, 1., 1798. 2., 1800. VII, 1. 2., 1802. VIII, 1812. (Bd. IV—VII. *etiam sub tit.*: Braga und Hermode ... Bd. I—IV von Gräter. Bd. VIII. *etiam sub tit.*: Odina und Teutona ... von Gräter. Bd. I.)

Allgemeines Repertorium über die sechs ersten Bände von Bragur ... ausgearbeitet von K. F. Heinze. (*Etiam sub tit.*: Bragur ... 1. Anhang.) Leipzig 1805.

Idunna und Hermode. Eine Alterthumszeitung. Herausgegeben von **F. D. Gräter**. Jahrg. I. II, 1. u. 2. Quartal. Breslau 1812—13. Für das Jahr 1814—16. Dünkelsbühl. 4°

vid: Götting. gel. Anzeig. 1814 p. 1700.

Zeitschrift für deutsches Alterthum. Herausgegeben von **M. Haupt**. Bd. I—IX. Leipzig 1841—53. Bd. X. Berlin 1855. 8°

Iduna. En Skrift for den nordiska Fornålderns Älskare. XI *Partes*. Stockh. 1813—45. 8°

Íslenzk Sagnablöd. X *Partes*. Kaupmannahöfn 1817—26. 4°

Skirnir, ný tídindi hins Íslenzka bókmenta fèlags. Kaupmannahöfn 1827—54. 8°

Skandinavisk Museum, ved et Selskab. 7 Bdd. Kjöbenh. 1798—1804. 8°

Det skandinaviske Literaturselskabs Skrifter. 23 Bdd. Kjöbenh. 1805—23. 8°

Systematisk Fortegnelse over samtlige i Sk. Mus. og i det sk. Lit.-Selsk. Skr. indrykkede Bidrag og Alphab. Fortegn. over de Forfattere, som have leveret Bidrag til Sk. M. og d. sk. Lit.-Selsk. Skr., forfatt. af J. Möller: Bd. 23. p. 309—344, 345 350.

Ephemerides a 'Societate Regia Antiquariorum Septentrionalium' *editæ:*

Hermod, — Aarsberetninger, — Antiquarisk Tidsskrift.
vid. supra p. 4.

Tidsskrift for nordisk Oldkyndighed, udgivet af det nordiske Oldskrift-Selskab. 2 Bdd. Kjöbenh. 1826—29. 8°

I. 1826 : xvi, 339 pp. (*Etiam sub tit.*: Försög til en videnskabelig dansk Retskrivningslære, med Hensyn til Stamsproget og Nabosproget, udarbejdet af R. Rask.) II. 1829 : 366 pp.

Nordisk Tidsskrift for Oldkyndighed, udgivet af det Kongel. Nord. Oldskrift-Selskab. 3 Bdd. Kjöbenh. 1832—36. 8°

I. 1832 : (iv), 446, (2) pp. c. iv tabb. II. 1833 : 368, (2) pp. c. iii tabb. III. 1836 : 395 (Register p. 365—395), (2) pp. c. ii tabb.

'Nordisk Tidsskrift' *excepit* Annales antiquarios, *quibus redigendis præfuit* B. Thorlacius:

Antiquariske Annaler. Udgivne ved den Kongelige Commission i Kjöbenhavn for Oldsagers Opbevaring. 4 Bdd. Kjöbenh. 1812—27. 8°

I. 1812 : xii, 379 pp. c. viii tabb. II. 1815 : 416 pp. c. vi tabb. III. 1817 : 410 pp. c. iv tabb. IV. 1827 : viii, 618 pp. c. vi tabb.

Mémoires de la Société Royale des Antiquaires du Nord. 1836—49. Copenh. (1836—52). III *Tomi.* 8°

I. 1836—39 : 385, (2) pp. c. xi tabb. II. 1840—44 : 439 pp. c. tab. i—xviii c. III. 1845—49 (1852) : 440 pp. c. v tabb.

Prodromi loco ante hos Commentarios edebantur :

Historisch-antiquarische Mittheilungen, herausgegeben von der Königl. Gesellschaft für Nordische Alterthumskunde. Kopenh. 1835. viii, 117 pp. m. v Taff. 8°

Report addressed by the Royal Society of Northern Antiquaries to its British and American Members. Copenh. 1836. xv, 188 pp. with vi tabl. 8°

NB. *Utriusque libelli commentationes in* Nord. Tidsskr. *et in* Annaler *danice leguntur.*

Annaler for Nordisk Oldkyndighed (*inde ab a.* 1846 *sub tit.:* Ann. f. Nord. Oldk. og Historie), udgivne af det Kongel. Nord. Oldskrift-Selskab. 1836—53. Kjöbenh. XIII *Tomi.* 8°

1836—37 : (iv), 348 pp. c. vii tabb. 1838—39 : 392 pp. c. x tabb. 1840—41 : 360 pp. c. x tabb. 1842—43 : 368 pp. c. x tabb. 1844—45 : 370 pp. c. xii tabb. 1846 : 367 pp. c. iii tabb. 1847 : 391 pp. c. iii tabb. 1848 : 375 pp. c. v tabb. 1849 : 400 pp. c. vi tabb. 1850 : 363 pp. c. iii tabb. 1851 : 376 pp. c. v tabb. 1852 : 324 pp. c. xiv tabb. 1853 (*prodiit* a. 1855) : 395 pp. c. v tabb.

Nor, Tidsskrift for Videnskab og Literatur. Udgivet af det norske Studentersamfund ved en valgt Redaction. 3 Bdd. Christiania 1843—45. 8°

Literaturtidende. 1845—46. Nr. 1—20. Christiania 1846. 8°

Norsk Tidsskrift for Videnskab og Literatur. Udgivet af **Chr. Lange.** 1847—50, 51—52. Christiania. 5 Bdd. 8°

CATALOGI LIBRORUM MANUSCRIPTORUM

Förteckning öfver Kongl. Bibliothekets i Stockholm Isländska Handskrifter. Utgifven af **A. I. Arwidsson.** Stockh. 1848. (vi), 194, (1) pp. 8°

Codices Holm. regios ante Arwidssonum *recensuerant:* J. F. Peringskjöld (*vid:* Hickesii Thesaur. II, 310 *et* Ásmund. saga kappab. edid Peringskj. Stockh. 1722), J. G. Liljegren (*vid:* Skandinav. Fornåld. Hjeltesagor. I. Stockh. 1818 p. xxxiv—lviii) *et* Jón Sigurðsson (Undersögelse af de Islandske Handskriftsamlinger i Stockholm og Upsala *vid :* Antiqu. Tidsskr. 1846—48 p. 89—103).

Vid. etiam: Ecloga sive Catalogus Librorum ... quibus Regiam Bibliothecam adauxit J. G. Sparfwenfeldt. Stockh. 1706.

Undersögelse af de islandske Handskriftsamlinger i Kjöbenhavn.

vid: Antiqu. Tidsskr. 1846—48 p. 103—108, 154—167 *et* 1849—51 p. 13—27.

Werlauff, E. Chr. Historiske Efterretninger om det store kongelige Bibliothek i Kjöbenhavn. (1825.) 2. Udgave. Kjöbenh. 1844. x, 432 pp. c. ii tabb. 8°

Codices xxviii *Arna-Magnæanos bibliothecæ Hauniensis academicæ descripsit* K. Gíslason : Um frumparta ... *vid. infra.*

Levninger af norsk Oldlitteratur, nylig opdagede i det norske Rigsarkiv [i Christiania]. (*Descripsit* **P. A. Munch.**) Cum tab. facs.

cont: Norsk Tidsskr. for Vidensk. og Litterat. Udgiv. af Lange. 1847 p. 25—52.

Catalogus criticus et historico-literarius codicum CLIII manuscriptorum borealium praecipue Islandicae originis, qui nunc in bibliotheca Bodleiana adservantur, auctore (qui et libros ipsos collegerat) **Finno Magnaeo**, Islando. Oxonii 1832. (IV), 56 pp. 4°

OPERA COLLECTA ET MISCELLANEA

Worm, O. Danica literatura 1636 (Edit. II. 1651). — Danicor. monumentor. libri VI 1643, c. Additam. (1650.)

vid. infra p. 17.

Bartholini, Th., Antiquitates Danicæ de causis contemptæ a Danis adhuc gentilibus mortis ex vetustis codicibus et monumentis hactenus ineditis congestæ. Hafniæ, ap. Joh. Erythropilum 1690. (*Alius tit.:* Th. B. Antiquitatum Danicar. de causis ... mortis libri III. ex vet. ... congesti. Hafn. litt. Bockenhofer 1689.) (XVIII), 702, (18) pp. c. effig. Th. B. 4°

Mallet — Percy — Blackwell

Introduction à l'Histoire de Dannemarc, où l'on traite de la Réligion, des Lois, des Mœurs et des Usages des Anciens Danois, par Mr. Mallet. Copenh. 1755. (VI), 12, (2), 256 pp. c. effig. Friderici V. reg. Dan. et mappa geogr. Daniæ. 4°

Cum supplemento sub tit.:

Monumens de la Mythologie et de la Poësie des Celtes et particulièrement des anciens Scandinaves: pour servir de Supplement et de preuves à l'Introduction à l'Histoire de Dannemarc, par Mr. Mallet. Copenh. 1756. 29, 178, (2) pp. 4°

Avant-Propos p. 3—29. Edda, ou Mythologie celtique (Vision de Gylfe. Prestiges de Har. Fable I—XXXIII. Idée de la seconde partie de l'Edda) p. 1—132. Idée de l'ancienne Edda. Odes et autres Poësies anciennes p. 133—178.

——— Edit. nouv. Copenh. 1758. (*Suppl.:*) 1765. 8°

——— Edit. nouv. 2 voll. Genève 1787. 12°

Vol. II. *etiam sub tit.:* Edda, ou Monumens etc. 3. Edit. Genève 1787. 333 pp.

Northern Antiquities: or, a description of the Manners, Customs, Religion and Laws of the ancient Danes, and other Northern Nations; including these of our own Saxon Ancestors. With a translation of the Edda or System of Runic Mythology, and other Pieces from the Ancient Icelandic Tongue. Translated from Mons. Mallets Introduction à l'Hist. d. Dannem. With

Additional Notes by the English Translator (Th. Percy) and Goransson's Latin Version of the Edda. 2 Voll. London 1770.

Vol. I.: 415 pp. Vol. II.: 356 pp. 8°

Northern Antiquities... New (II.) Edit. 2 Voll. London 1809. 8°

——— New (III.) Edit. *Sub tit.:* Northern Antiquities; or, an historical account of the Manners, Customs, Religion and Laws, maritime Expeditions and Discoveries, Language and Literature of the ancient Scandinavians (Danes, Swedes, Norwegians and Icelanders). With incidental notices respecting our Saxon ancestors. Translated from the French of M. Mallet by Bishop Percy. New edition, revised throughout, and considerably enlarged; with a translation of the Prose Edda from the original Old Norse text; and notes critical and explanatory, by I. A. Blackwell Esqu. To which is added, an Abstract of the Eyrbyggja-Saga, by Sir W. Scott (Bohn's antiquarian library). London 1847. (IV), 578 pp. *c. tab. color. repræsent.: Yggdrasill.* 8°

Blackwell's preface *et* Contents (II) pp. — Percy's pref. p. 1—21. Blackwell's Remarks on Percy's pref. p. 22—45. Specimens of Languages *(preces Jesu Christi)* p. 46—54. Mallet's pref. p. 55—59. Northern Antiquities (by Mallet and Percy) chapt. I—XI. p. 60—243. Supplementary chapters by Blackwell: Chapt. I. Colonisation of Greenland, and discovery of the American continent by the Scandinavians. II Laws and institutions of Iceland. III. Manners and customs of the Icelanders. IV. Icelandic Literature p. 244—396. The Prose Edda, with preliminary Observations by Blackwell. Part. I. The Deluding of Gylfi. II. The conversations of Bragi p. 397—463. Critical Examination of the leading doctrines of the Scandinavian System of Mythology by Blackwell p. 464—507. Notes to the Prose Edda, by Mallet and Percy p. 508—516. Abstract of the Eyrbyggja-Saga by S. W. Scott p. 517—540. Glossary to the Prose Edda, by Blackwell p. 541—570. Index p. 571—578.

'(The Editor) has endeavoured ... to make this one of the most complete works on Northern Antiquities hitherto published.' Blackwell's Preface.

Thorlacius, Sc. Th. Antiquitatum borealium observationes miscellaneæ. VII Specc. (Programmata scholastica.) Hafniæ 1778—1801. 8°

SPEC. I. [CAP. I.] De veterum, maxime Borealium historia et poesi, earumque usu et ætatibus. 1778. 66 pp.

SPEC. II. (a) Hakonar quida Sturlu Þordarsonar. (b) Rafnsmál Sturlu um Hákon gamla [*norr. et lat. c. lectt. varr.* p. 1—45, *annotationibus* p. 46—48 *et præfat.* p. III—XX]. 1780. XX, 48 pp.

SPEC. III. De Hludana Germanorum gentilium dea. 1782. 74 pp.

SPEC. IV. Borealium veterum matrimonia cum Romanorum institutis collata. 1784. 304 pp.

SPEC. V. Ethnica veterum Borealium Mylothrus vulgo Grotte-Sang, cum prologo carminis Eddico [*norr. lat. dan. c. lectt. varr.*] 1794. 47 pp.

SPEC. VI. Ethnici in laudem Thori pæanis, vulgo Höstlang dicti, fragmenta duo, cum explanatione mythico-philologica. 1799. VIII, 64 pp.

SPEC. VII. *Præmissa præfatione:* de Thorsdrapæ auctore et ætate, ad lectorem (p. I—XVI). I. De Thoro Geirrodgardos profecto; mythus Eddæ Snorr., ex cod. Reg. et Worm. (p. 1—15). II. Thorsdrapæ sive de eadem Gigantomachia Thori Geirrodiana carminis fragmentum continuum, auctore Eilivo Gudrunæ fil., sæc. X. poeta; c. perpet. in verba et sensum commentario (p. 16—169). III. Ejusdem auctoris reliqua, quæ in Edda supersunt fragmenta poetica, quorum tria manifestæ sunt carminis Thorsdrapæ laciniæ. Acced. alterius Eilivi, cognom. Kulnasveini, priore, ut videtur, aliquanto recentioris, sed ipso Snorrio antiquioris poetæ, ex veteri in Christum hymno, V fragmenta (p. 170—208). 1801.

Spec. VI. *et* VII. *conjunctim edita sunt sub tit.:*

Fragmenta Höstlangæ et Thorsdrapæ, ethnicorom *(sic)* a seculo IXno et Xmo carminum, ex Eddæ Snorr. Codd. Regio et Worm. membraneis, aliisque chartaceis, nunc primum edita, versionibus et notis illustravit Sk. Th. Thorlacius. Havniæ 1801. VIII, 87 *(sic)*. XVI, 208 pp. 8°

Rühs, F. Unterhaltungen für Freunde altdeutscher u. altnordischer Geschichte u. Literatur. Berlin 1803. x, 162 pp. 8°

Vorrede p. III—X. Der Barde, ein Preisgedicht p. 1—8. Über d. alten Deutschen u. ihre Religion, besonders über d. Gottheiten Wold u. Ostar p. 9—64. Über d. Authenticität der isländ. Sagen, als historischer Denkmäler p. 65—96. Über d. nord. Poesie p. 97—146. Der Kampf der Götter (ein Gedicht) p. 147—162.

Ledetraad til Nordisk Oldkyndighed. Udgiv. af det Kongel. Nord. Oldskrift-Selskab. Kjöbenh. 1836. 100 pp. 8°

—— Leitfaden zur Nordischen Alterthumskunde (übersetzt von C. Paulsen), herausg. von der königl. Gesellschaft für Nord. Alterthumskunde. Kopenh. 1837. (II), 108 pp. 8°

(I.) Umfang u. Wichtigkeit der altnordischen Literatur, von N. M. Petersen p. 1—24. (II.) Kurzgefasste Übersicht über Denkmäler u. Alterthümer aus der Vorzeit des Nordens, von Chr. Thomsen p. 25—93. (III.) Übersicht des Arbeitsplans u. der Arbeiten der Gesellschaft p. 94—108.

—— Guide to Northern Archæology by the Royal Society of Northern Antiquaries of Copenhagen, edited for the use of English

readers by ... the Earl of Ellesmere. London 1848. xvi, 128 pp. 8°

Fornaldar gullmánur Norðrlanda *(litteris runicis expr.)*. Fundgruben des alten Nordens. Bearbeitet u. herausgegeben von G. Th. **Legis** (*pseudon. pro:* Glückselig). 2 Bde. Leipzig 1829. 8°

Bd. I.: XLII (II), 216 pp. c. v tabb. Vorr. u. Einleit. p. v—XLII. 1. Abth.: Darstell. des Runenthums nach allen seinen Beziehungen p. 1—120. 2. Abth.: Die Poetik der Skalden p. 123—146. Krákumál, deutsch, p. 147—174. Skaldenlieder aus der Egilssaga: Höfudlausn u. Sonnartorrek, deutsch, p. 175—189. Skaldenliteratur p. 180—198. Erklär. der Schrifttafeln p. 199—206. Zusätze u. Berichtigungen p. 207—216.

Bd. II.: XXIV, 266 pp. c. tab. cosmolog. *Etiam sub tit.*: Edda, die Stammmutter der Poesie und der Weisheit des Nordens. Lyrisch-epische Dichtungen, Mythen u. Sagen der Gotho-Germanischen Vorzeit. Zum erstenmale aus der isländischen Urschrift übertragen, mit ästhetisch-kritischen Bemerkungen, mythologischen Erläuterungen, einem fortlaufenden Commentar u. Register versehen. 1. Abth.: Vorrede p. v—vi Einleit. p. ix—xxiv. Edda (Völuspá. Vafþrúðnismál. Grimnismál. Hymiskviða. Skirnismál. Harbarðsljóð) p. 1—266.

Safn til sögu Íslands og íslenzkra bókmenta að fornu og nýju, gefið út af hinu Íslenzka Bókmentafèlagi. Kaupmannahöfn 1853—55. *Fasc.* I. II. 8°

I. (1853): 184 pp. Biskupa tal á Islandi (p. 1—14) *et* Biskupa-annálar Jóns Egilssonar, p. 15—136, *edid. et adnotav.* J. Sigurðsson. Um Fagrskinnu og Ólafs sögu Helga, *scripsit* J. Þorkelsson, p. 137—184. II. (1855): p. 185—502: Um tímatal í Íslendínga sögum í fornöld, *scripsit* G. Vigfússon.

COMMENTARII GENERALES

Petersen, N. M. Den oldnordiske Literaturs Omfang og Vigtighed. 1836.

cont: Ledetraad til Nord. Oldkyndighed (I) *vid. supra* p. 11.

Sibbern, N. P. (*nisi:* J. Terkelsen.) Idea historiæ literariæ Islandorum, breviter delineata. *s. l. et a.*

cont: Dreyeri Monumenta anecdota. Tom. I. (Lubecæ et Altonæ 1760) p. 175—228.

(Schlözer, A. L.) Isländische Litteratur und Geschichte. Thl. I. Göttingen u. Gotha 1773. (VI), 202 pp. 8°

Vorrede [*subscr.* Schlözer] (III) pp. I. Schlözers Vorbericht von der isländischen Litteratur überhaupt (p. 1—14), u. der Edda insonderheit p. 1—34. II. Ihre, von der Upsalischen Edda (1. Beschreib. der Upsal. Edda. 2. Urspr. u. Bedeut. des Wortes Edda. 3. Ob Snorre der Verfasser der Edda sei? 4. Resenische Edda. Wirkl. Theile der Edda. 5. Göranssons Edda. 6. Über den Prolog der Edda. 7. Fornjotr, eine Mythologie, keine Geschichte,) mit Schlözers Anmerkungen u. Zusätzen: (8. Prologus der Upsalischen Edda, isländ. u. latein. 9. Göttingische Resen. Edda. 10. Anfrage wegen eines isländ. Mss. in d. Wolfenbüttler Bibliothek) p. 35—162. III. Schlözers drei Anmerkungen gegen Thunmann p. 163—202.

Einarsen, H. Sciagraphia historiæ literariæ Islandicæ. Hafniæ 1777 *et cum novo tit.* (: Historia literaria Islandiæ, auctorum et scriptorum tum editorum tum ineditorum indicem exhibens, auctore Halfdano Einari. Editio nova. Havniæ et Lipsiæ) 1786. (xxx), 251 pp. c. syllabo auctorum Islandor. (17) pp. et Errat. (1) p. 8°

Nyerup, R. Literaturen i Island [og i Norge] i Middelalderen. 1804.
cont. Ejusd.: Hist. statist. Skildr. af Tilstand. i Danmark og Norge. Bd. II. (*etiam sub tit.:* Udsigt ov. vort Fædrenelands Litterat. i Middelalderen) p. 65—164 [et 167—212].

Lindfors, A. O. Inledning till Isländska Litteraturen och dess Historia under Medeltiden. Lund 1824. (VIII), 194, (1) pp. 8°

Kœppen, C. F. Literarische Einleitung in die Nordische Mythologie. Berlin 1837. VI, 204 pp. 8°

Dietrich, Fr. E. Chr. Elemente der älteren nordischen Literatur. 1843.
cont. Ejusd.: Altnord. Lesebuch p. XVII—LIV.

Rosselet, E. Isländische Literatur [u. Sprache]. 1855.
cont: Allgem. Encyclop. der Wissenschaften u. Künste ... von Ersch u. Gruber. II. Sect. 31. Thl. (Nachtr. zum Buchst. I) p. 241 — 314 [p. 314—319].

COMMENTARII DE POESI ET POETIS

vid: Warmh. nr. 9037 sqq.

Bunsen, Chr. Conspectus disquisitionis de eo quod ad veterum Scandinaviorum poesin et mythologiam effingendam formandamque effecerit cœli terræque natura. (Diss. acad.) Gottingæ 1798. 16 pp. 4°

(Nyerup, R.) Udsigt over Nordens ældste Poesi og dens Literatur. Et Programma ved Forelæsningernes Begyndelse over Danmarks nyere poetiske Literatur. Kjöbenh. 1798. (VIII), 75 pp. 8°
Indledning p. 1—13. Edda Resenii p. 13—19. Eddiske Sange p. 19—37. Heltesange p. 37—48. Navne paa nogle berömte Skalde p. 48—58. Tilgift (: 1. Sigrdrifumál str. 5 — 21 og Buslubœn, oversatte ved W. H. F. Abrahamson. 2. Skrivelse af J. Kr. Höst til Gräter) p. 59—75.

Afzelius, A. E. De poesi gentium septentrionalium antiquissima. III Specc. 4°
Spec. I. Aboæ 1798: 16 pp. II. Upsal. 1798: 24 pp. III. ibid. 1799: 33 pp.

Grimm, W. Über die Entstehung der altdeutschen Poesie u. ihr Verhältniss zu der nordischen. 1808.
cont: Studien, herausg. von Daub u. Creuzer. Bd. IV. (Heidelberg, Jahrg. 1808) p. 75—121, 216—288.

Rühs, F. Von der nordischen Poesie, ihrer Entstehung u. ihrem Charakter u. von der nordischen Mythologie. 1812.
cont: Die Edda ... von Fr. Rühs (Berlin 1812) p. 61—160.

——— Über den Ursprung der isländischen Poesie aus der angelsächsischen.. Nebst vermischten Bemerkungen über die nordische Dichtkunst u. Mythologie. Ein nothwendiger Nachtrag zu seinen neuesten Untersuchungen. *s. l.* 1813. 48 pp. 8°

Müller, P. E. Über die Nationalität der altnordischen Gedichte, mit Rücksicht auf die Abhandlungen von Rühs. 1813.
cont: Über den Ursprung u Verfall der isländ. Historiographie ... von P. E. Müller, übersetzt von Sander. Kopenh. 1813 p. 93—164.

Grimm, W. Die deutsche Heldensage. Götting. 1829. (II), 425 pp. 8°
Tractantur ex eis quæ huc pertinent: Edda Sæmundar (cf. p. 365 sqq.) Atlamál. Altlaquida p. 4—12. Biarkamál p. 26. Das dritte Lied von Gudrun p. 33—34. Prosaische Zwischensätze in Säm. Edda p. 24—35. Völsunga Saga p. 35—36. Snorra Edda p. 153. Vilkina Saga p. 175—183. Norna Gests Saga p. 183—184. Fundinn Noregr p. 261. Blomstrvalla saga p. 262—266. Nordische Sagen p. 322.

Du Meril, E. Histoire de la poésie Scandinave. Prolégomènes. Paris 1839. 512 pp. 8°

Köler, J. D. Prolusio de scaldis sive poetis gentium arctoarum vetustissimis. Altorfii 1724 (recusa 1735). 16 pp. 4°

Gråberg di Hemsö, Jac. Saggio istorico sugli scaldi o antichi poeti Scandinavi. Pisa 1811. XVI, 251 pp. 8°
vid: Götting. gel. Anzeig. 1813 p. 1404—1407.

Egilsson, Sv. Excursus de poeta Hallarsteine (*sive* Steine Herdisæ filio). 1829.
cont: Scripta histor. Islandor. Vol. III. p. 224—242.

Thorlacius, Sk. Th. Vita Einari Skulæ filii, lat. et dan. 1783.
cont: Heimskringla. Edit. Haun. Tom. III. p. 481—494.

COMMENTARII DE HISTORIIS ET HISTORICIS

Müller, P. E. Om den islandske Historieskrivnings Oprindelse, Flor og Undergang (1813) 1832.
cont. Nord. Tidsskr. for Oldkynd. Bd. I. p. 1—54.

——— Über den Ursprung, die Blüthe u. den Untergang der isländ. Geschichtsschreibung, übers. von G. Mohnike. 1835.
cont: Histor.-antiquar. Mittheilungen, herausg. von d. kgl. Gesellsch. für nord. Alterthumsk. Kopenh. 1835.
Eadem commentatio, quæ hic fere nova et aucta legitur, jam a. 1813 ex auctoris manuscripto danico germanice versa edita erat sub tit.: Über den Ursprung u. Verfall der isländischen Historiographie nebst einem Anhange über die Nationalität der altnordischen Gedichte von P. E. Müller. Aus dem Dänischen übersetzt von L. C. Sander. Kopenh. 1813. XVI, 164 pp. 8°

Müller, P. E. Sagabibliothek med Anmærkninger og indledende Afhandlinger. 3 Bdd. Kjöbenh. 1817—28. 8°

Bd. I. 1817 : xiv, 371 pp. Bd. II. 1818 : xii, 675 pp. Bd. III. 1828 : xvi, 499 pp. *Historiarum Norvegicar. et Islandicar. recensus criticus et historico-literarius, quo singularum argumentum exponitur, tempus quo natæ vel scriptæ sint destinatur, auctoritas et fides penditur. Opus ita dispositum est, ut in tomo* I. *tractentur: historiæ de rebus Islandicis* (*vid*: Íslendinga sögur), *in tomo* II: *historiæ de rebus in Scandinavia ante Islandiam detectam gestis sive mythico-historicæ* (*vid:* Fornaldar sögur Norðrlanda), *in tomo* III: *historiæ de rebus Scandinavorum, inprimis Norvegorum et Danorum in patria et extra patriam usque ad finem XIII. sæculi gestis sive historicæ* (*vid:* Fornmannasögur), *tomo cuique præmissis narrationum indice* (I: p. v—viii. II: p. iii—vi. III: p. iii—vi), *præfatione* (I: p. ix—xxii. II: p. vii—xii. III: p. ix—xxii), *disquisitione de sui narrationum cycli indole atque auctoritate* (I: p. 1—14 *et* 15—33. II: p. 1—32. III: p. 1—37). *Tomo* III. *accedunt indices tres historiarum in opere tractatarum* (p. 485—491), *rerum* (p. 492—499) *et, qui instar tomi* IV. *habendus est, historiarum index ex peregrinis linguis versarum vel ad earum exemplum fictarum.*

——— Sagaenbibliothek des Skandinavischen Alterthums in Auszügen, mit literarischen Nachweisungen von P. E. Müller, aus der dänischen Handschrift übersetzt von K. Lachmann. (*Tomus* I.) Berlin 1816. xii, 282 pp. 8°

